tra menſem tradere, quæ requiſitio facienda eſt per publicum inſtrumentum: alioqui ſuperior, ad quem recurritur, excommunicationem relaxabit, & judicem, a quo lata fuit, in expenſas & interreſſe condemnabit. Eadem quoque ſervanda in ſententiis ſuſpenſionis, & interdicti p. 317. 318.

An Excommunicatio pendente appellatione ſuſpendatur, & de ipſius ad cautelam relaxatione, p. 232.

Antequam feratur in aliquem ſententia excommunicationis, triplex admonitio facienda eſt cum aliquot dierum intervallis: aut ſi unica præmittitur admonitio, enunciandum eſt illam eſſe peremptoriam, debetque eſſe ſaltem dierum ſex, biduo pro unaquaque admonitione computato: quibus elapſis ſeptima die incurritur excommunicatio, p. 316. n. 8.

Excommunicatio quatenus operatur contra inferentes violentas manus in Clericos aut Monachos, p. 284. can. 15.

Cum excommunicatis participantes minore ligantur excommunicatione, p. 317. 318. Hujus pœnæ poſterior cum diſtinctione nominatim denunciatorum mitigatio, p. 364. n. 13. & ſeq.

Expeditio.

Expeditio ac ſacrum bellum indictum in Claromontano Concilio, cui Urbanus Papa II. præſedit, hortatore Petro Eremita pro recuperando Jeroſolymitano regno, cujus Imperator exercitus communi Chriſtianorum Principum conſenſu delectus fuit Godofredus Bullonius, cujus poſtea ductu illud regnum incredibili fœderatorum fortitudine de Saracenis evictum eſt, p. 273. 274.

Expeditio altera ſacri belli in Orientem ductore Francorum Rege S. Ludovico, qui Ægyptum adortus poſt peſtilentes morbos, & horrendam ſuorum ſtragem ab infidelibus captus pacem cum Sultano componere coactus eſt. Inde in Galliam regreſſus novas parat copias ad Africanum Saracenicum bellum peræque infauſtum. Caſtris quippe ante Tunetum poſitus correptus ipſe peſtifera lue ad feliciorem vitam commigravit, p. 296. n. 14.

Altera ſacri belli adverſus Turcas navalis expeditio victoriam inſignem ad Naupactum peperit hortatore Pio V. Rom. Pont. p. 381. n. 26.

Exemptus.

Exemptus delinquens in loco non exempto ab Ordinario loci puniri poteſt, p. 316. 317. p. 393. n. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Exemptorum privilegia Epiſcoporum perturbant juriſdictionem, morum licentiam pariunt. His tamen non obſtantibus poteſt Epiſcopus viſitare exemptorum, & nullius diœceſis eccleſias. p. 410. cap. 9. 10. 11. & p. 156. n. 1. & 2.

F

Fabrica Eccleſiarum.

Fabricæ Eccleſiarum a beneficiariis, qui fructus inde percipiunt, inſtaurandæ, p. 236. 237.

Factio.

Factiones Burgundionum, & Aurelianenſium, Franciæ exitiales, p. 350. n. 23.

Fames.

Fames ab Agabo Propheta prænunciata p. 2. n. 10.

Fauſtus.

Fauſtus Lerinenſis Abbas Theodorum Forojulii Epiſcopum graviter offendit, p. 156. Idem Semipelagianorum ſignifer. Idem fit Regienſis Epiſcopus. Ejuſdem fraudes & verſutiæ, p. 157. n. 6. & ſeq.

Felix Papa.

Felix Papa III. Atavus S. Gregor. Papæ calamitoſis temporibus Eccleſiam ſancte gubernavit, Imperante Zenone Eutychianis addicto, & Eccleſiæ perſecutore, qui ejus Legatos male mulctavit, p. 159.

Felix Papa III. Acacium, & Fullonem, & Moggum excommunicat, *ibid.*

Fidei ſymbolum.

Fidei ſymbolum & Orationem Dominicam parentes, patrini, Parochi & Magiſtri ſubditos ſibi docere tenentur, pag. 237. 238. & p. 313.

Feliciſſimus.

Feliciſſimus Sacerdos ſchiſma adverſus S. Cyprianum ſuſcitat, p. 42. n. 14.

Ferdinandus.

Ferdinandus Hiſpaniarum Rex Granatam, in qua Maurorum reliquiæ conſederant, univerſamque Bœticam expugnat. Ejus & uxoris Iſabellæ auſpiciis novæ & jampridem incognitæ regiones ultra Oceanum Atlanticum aperiuntur, miſſo ad eas conquirendas Chriſtophoro Columbo Genuenſi: poſteaque Americo Veſpucio Florentino, a quo explorata dictaque fuit America, p. 354. n. 42.

Flandria.

Flandria, ſeu Belgium, a regno Franciæ ſejungitur ſub Carolo Calvo, cujus filiam Juditham Balduinus ſibi nuptiali fœdere jungit cum dotali Flandria, conſentiente Calvo, pag. 229. num. 16.

Flavianus.

Flavianus in Concilio I. Conſtantinopolitano in locum vita functi eodem in Concilio Meletii ſufficitur, contra quam Meletius ipſe ſub exitum vitæ diſpoſuerat, ne quis alius ſibi ſubrogaretur Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus præter Paulinum, p. 113. n. 10. & ſeq. Idem Flavianus Theodoſium Auguſtum adverſus Antiochenos excandeſcentem mirifice placavit, p. 62. num. 37.

Flavianus alter Epiſcopus Conſtantinopolis martyrio ab Eutychianis afficitur, p. 148. n. 5.

Florentinum Concilium.

Florentinum Concilium Baſileæ primum ab Eugenio Papa IV. indictum. Inde Ferrariam juſtas ob cauſas tranſlatum. Poſtea Florentiæ terminatum. Quo Joannes Palæologus cum fratre Demetrio, & Patriarcha Conſtantinopolis Joſephus cum pleriſque Græciæ Epiſcopis acceſſerunt, & poſt multas diſputationes ſchiſma ejurarunt, & Romanæ Eccleſiæ fidem profeſſi ſunt, & ſpiritus ſancti a Patre Filioque proceſſionem, pag. 369. 370. n. 13. & 370. Proferuntur vetera Concilia & Græci Patres, *ibid.* p. 327.

Formoſus Papa.

Formoſus Papa novum in Italia Imperium eligit degenerante Caroli Magni progenie, & Vidonem Spoletanum Ducem creat Imperatorem, qui per ingratitudinem Romam per vim occupatam tyrannide opprimit. Quamobrem Formoſus Arnulphum Germaniæ Regem Imperii inſignibus in æde Petri Apoſtoli decorat, p. 255. n. 2.

Formoſi anno 896. mortui cadaver ejus ſucceſſor tumulo ereptum, ſacris veſtibus exutum, & digitis mutilatum in Tiberim abjecit Stephanus VII. Joannes vero IX. Formoſi memoriam honorifice revocat. Sed Joannis ſucceſſor Sergius III. Formoſum iterum dedecorat, ejus acta reſcindit, ab eoque ordinatos deponit, & iterum ordinari contra fas omne gravibus pœnis compellit, *ibid.* n. 4.

Forojulienſe Concilium.

Forojulienſe Concilium ſub Carolo Magno celebratum Adriano I. Pontifice ad aſſerendam Sanctiſſimæ Trinitatis & Incarnationis fidem, p. 223.

Francia.

Francia, Idolorum abdicato cultu, Chriſti fidem & baptiſmum ſuſcepit cum Rege ſuo Clodovæo, p. 166.

Francia in extremas anguſtias redacta mirabiliter ope Joannæ d'Arc ruſticanæ puellæ erigitur, p. 350. n. 26.

Franciſcus I.

Franciſcus I. Franciæ Rex in Inſubres bella movet, cæſiſque ad Marinianum Helvetiis Mediolanum expugnat. Ejuſdem cum Leone Papa X. Bononienſis concordata. Acie vincitur, & capitur in obſidione Ticini & Madritum abducitur, p. 378. n. 11. & ſeq.

Francofordienſe Concilium.

Francofordium in Germania duplex, unum ad Oderam fluvium, alterum ad Mœni fluenta. In hoc ſub Zacharia primo Papa & Carolo Magno actum fuit celebre Concilium anno 794. Cujus can. 2. ex ignoratione tum juris tum facti damnat Concilium Nicænum ſecundum, p. 224.

Can. 3. Eſt de Taſſilone Bajoariæ Duce, qui rebellans contra Carolum Regem illius provinciæ Ducatum amiſit, & in perpetuam Monaſterii cuſtodiam intruſus fuit, *ibid.*

Can. 7. Ne Epiſcopi vel Preſbyteri ex una Eccleſia in aliam migrent. Quæ fuit innumerorum canonum prohibitio, p. 225.

Can. 8. De Metropoli Arelatenſi, & Aquiſextienſi, & Viennenſi. Vide ibidem Scholion, *ibid.*

Can. 16. Ne quidquam requirant Abbates a ſuſcipiendis in Ordinem Monaſticum, p. 226.

Can. 27. Ne Clerici ab una Eccleſia in alteram transferantur. Et ne ſuſcipiantur ſine literis ſui Epiſcopi, *ibid.*

Can. 28. Vetat Ordines ab Epiſcopo conferri ſine aſſignatione alicujus Eccleſiæ. Vide Chalced. can. 6. *ibid.*

Can. 30. Ut orta lite inter Clericum & laicum Epiſcopus & Comes conveniant, eamque ſimul diriment, *ibid.*

Can. 40. Ut puellas parentibus orbatas Epiſcopi & Preſbyteri curent honeſtis fœminis commendari, *ibid.*

Can. 41. Ne pluſquam tribus hebdomadis Epiſcopus a ſua ſede abſit. Permittitur autem Carolo Regi, ut pro ſuo conſilio Epiſcopos Anghilrannum & Hildebaldum habeat in ſuo Palatio, quemadmodum ipſi fuerat ab Hadriano Pontifice conceſſum, *ibid.*

Fridericus I. Ænobardus.

Fridericus I. Ænobardus ex Duce Sueviæ Imperator Germanorum, adverſus Hadrianum IV. ſchiſma molitur. Eoque mortuo contra ejus ſucceſſorem Alexandrum Papam III. bellum movet introducto per ſchiſma Octaviano. Alexander Roma & Italia cedere compulſus in Galliam ſe recipit. Fridericus Liguros & Longobardos pro Alexandro certantes opprimit, & Mediolanum bello captum ſolo æquat. Quo deſtructo illi Alexandrum urbem de nomine Alexandri Pontificis commodo loco extruunt & muniunt. Mediolanenſes quoque Mediolanum de integro conſtruunt & inſtaurant. Fridericus excommunicatus vincitur a Longobardis & a ſuis ita deſeritur, ut aſſumpto famuli habitu vix ſolus mortem effugerit. Inde Germaniam evadit. At cum Germani execrantur, nec recipere volunt, niſi veniam ab Alexandro per pœnitentiam obtineret. Pontifex tunc apud Venetos degebat. Eo ſe confert Fridericus, ſeque ſupplex cum lacrymis abjicit ad Alexandri pedes: a quo ſolvitur anathemate ea conditione, ut contractis undecunque viribus in Palæſtinam abeat, & pro ea recuperanda bello Saracenos adoriatur. Ea pax inita fuit Venetiis anno 1177. Ille cum numeroſis copiis in Orientem tranſmiſit: & Tarſi in Cicilia dum fervidum corpus per æſtivos calores in amni frigido abluit, extinctus eſt, p. 274. n. 16. Hujus interitus viam ipſius Henrico VI. cognomento Aſpero aperuit ad Imperium. Henrico acceſſerat dotale utriuſque Siciliæ regnum, ducta in matrimonium Conſtantia Rogerii Regis unica filia, & hærede; ex quibus nuptiis natus eſt Fridericus ejus nominis ſecundus, Ænobarti nepos, qui promotus ad Imperium Eccleſiam hoſtili odio vexavit, ſchiſmate diſcidit, pudendum fœdus & amicitiam cum Mahumetanis contraxit, tandemque ſuperis & hominibus inviſus a filio ſuo notho Manfredo in lecto ſuffocatus eſt, p. 294. n. 4.

Fridericus II.

Friderici II. Imperatoris Jeroſolymitana profectio, ejuſque cum Infidelibus propudioſa conventio. Indeque quaſi triumphabundus Italiam depopulatur, & Eccleſiam lacerat, *ibid.* n. 5.

Fridericus Dux.

Fridericus Dux Saxoniæ a Carolo V. Imperatore acie vincitur & capitur, p. 379. n. 18.

Frumentius.

Frumentius Tyrius ab Athanaſio conſecratus Epiſcopus, ab eodem ad Indos mittitur, ut in iis regionibus fidem Chriſtianam diſſeminet, Eccleſiaſque conſtituat, p. 58. n. 13.

Fulgentius.

Fulgentius Africanus Ruſpenſis Epiſcopus eximia doctrinæ & magnanimitatis laude Catholicam fidem, quam Traſamundus Arianus Vandalorum Rex dire perſequebatur, defendit, Arianos palam refellendo, lapſos erigendo, vacillantes corroborando, in Sardiniam cum ducentis Africanis Epiſcopis relegatur. Inde tamen a Traſamundo revocatur, ſperante magnum ſe operæ pretium facturum, ſi vel gratia vel cruciatibus poſſet tantum virum ſuæ ſectæ adjungere; ſed ſpe ſua dejectus; videnſque per eum Catholicam religionem refloreſcere; ad priſtinum exilium remiſit, p. 166. n. 9. Idem pari ac Arianos laude, Pelagianos, & Semipelagianos divinæ gratiæ adverſantes ſcriptis egregiis profligavit, *ibid.*

G

Gainas.

Gainas Gotthici Dux exercitus a Stilicone in Græciam adverſus æmulum Rufinum mittitur obtentu ſuppetiarum Arcadio Auguſto præſtandarum contra barbaros, quos Rufinus Orientis Imperium ambiens cum Rege Alarico ad lacerandum Græciæ Imperium acciverat, acriter cum ſuis Gotthis tum adverſus alios Gotthos quorum Rex erat Alaricus, tum adverſus Rufinum bellum gerit, qui hoc bello peremptus eſt. Quo ſucceſſu Gainas elatus Eutropium quoque Spadonem ejus anni Conſulem ſummum quoque imperium affectantem interemit. His ablatis æmulis Gainas viam ſibi ad Imperium parat: & cum Tribigildo duce hac arte conſpirat, ut Tribigildus aperte rebellet, Gainas vero contra hunc ab Arcadio dux belli deſtinatus, occultis conſiliis rem gererent, ſuamque tyrannidem ſtabilirent. Tum demum copiis ſuccinctus barbaricis Arcadium ſemotis arbitris Chalcedonem ad ſe venire flagitat, fide ab utroque tradita, ut poſtquam de ſedandis turbis conveniſſent, incolumis utrique reditus foret. Tum Gainam convenit Arcadius, a quo inſolens Gainas tria illuſtriſſima Imperii capita ex ordine Senatorio ſibi tradi poſtulat, Aurelianum conſulem, Saturninum conſularem, & Joannem Arcadii Secretarium. Poſtulat inſuper, ut ſibi ſuiſque Gotthis Arianis Eccleſiam orthodoxis ademptam concederet. Hæc polliceri compulſus Arcadius Conſtantinopolim dimittitur. Proceres autem illi tres ad Gainam adire conſenſerunt, vitam fortunaſque omnes pro ſalute Principis devoventes. Gainas eorum virtute ſtupefactus nihil ultra exilium ab illis exegit. Cum vero Arcadius de tradenda Gotthis baſilica Joannem Chryſoſtomum urgeret, conſtanter reſpondit, id non eſſe Imperatoriæ poteſtatis, petere vero ſeipſum in colloquium cum Gaina admitti. Acceſſit ergo in Gainæ conſpectum, cui petenti proteſtatus eſt nunquam ſe conceſſurum, ut Eccleſia Chriſto dedicata eidem eriperetur, & ad eos transferre, qui bellum Chriſto indixerunt, cujus etiam abrogant divinitatem. Tum Gainas arrogantius ſua in Imperium merita commemorat, inſtatque Chryſoſtomus fuiſſe illum copioſius & ultra merita remuneratum, qui ſolus ex gregario milite ad præfecturam exercituum Imperii provectus jam erat. Denique admiratus Gainas ſancti Præſulis conſtantiam ipſum honorifice dimiſit, ſuiſque accitis liberis juſſit illius dexteram exoſculari. Ad poſtremum detectis Gainæ conſiliis de Conſtantinopoli diripienda interimendoque Arcadio a Fravitia gentilis profeſſionis Gottho commiſſo prælio vincitur, & occiditur, p. 125. num. 3.

Galba.

Galba, Neronis ſucceſſor, ab Othone perimitur, p. 4. n. 20.

Gallicana collectio.

Gallicana ſeu Francica vetus Canonum collectio, p. 5. n. 6.

Gallus Imp.

Gallus, ejuſque filius Voluſianus, Decianam perſecutionem proſequuntur, p. 42. n. 13.

Gangrenſe Concilium.

Gangrenſis Synodus, cui ſub Sylveſtro Rom. Pontif. præſedit Oſius Cordubenſis, collecta ad Euſtathii hæreſes ex Manichæorum colluvie ortas reprimendas. Iſti enim ſervos ut a dominis, filios ut a parentibus, uxores ut a maritis diſcederent, & Chriſtianos ut ab eccleſiis in privata ſodalitia commigrarent, & ut cuncti decimas & oblationes Eccleſiis ſubreptas in hujus ſectæ ſodalitia transferrent, omnemque invertentes ordinem feminas in virilem veſtem, & viros in femineum inducendum habitum hortabantur. Conjugia reprobabant. Jejunia ab Eccleſia inducta rejiciebant, novaque etiam dominicis diebus indicebant. Carnium & vini uſum execrabantur, prædicantes utrumque fuiſſe a cacodæmone creatum, p. 89.

Cabaſſutii, Hiſtoria Eccleſiaſtica.

Genſericus.

Genſericus Vandalus Attilam Hunnorum Regem pecunia & muneribus incitat ad gerendum bellum contra Theodoricum Viſigothorum Regem, cujus natam Hunnerico filio nuptam naribus & auribus mutilatam ad patrem ignominioſe remiſerat, p. 130.

Genu.

Genua in orationibus non flectenda diebus per annum dominicis, neque a Paſchali feſto uſque ad Pentecoſten, p. 80. n. 8. Publici tamen pœnitentes diebus etiam remiſſionum genuflectebant, p. 121. can. 82.

Genua urbs.

Genua partibus adhærens Joannis Papæ XXII. adverſus Henricum Lutzemburgum, Auriorum & Spinularum familias Gibellinas exulare cogit, eorumque ædes diruit. At illi ſtudiis ſibi conjunctos Mediolanenſes ad obſidionem Genuæ impellunt: tuentibus urbem Guelphicæ ſeu Pontificiæ partis Principibus Fliſcis & Grimaldis, qui Robertum Apuliæ Regem in auxilium evocant. Hinc vero ad ſuppetias accurrens, Mediolanenſes obſidionem ſolvere coegit, p. 333. n. 9.

Gerbertus.

Gerbertus Matheſeon & humanarum ſcientiarum peritia inſignis Rhemenſem Epiſcopatum obtinet, annitente Hugone Capeto Franciæ Rege, qui per Synodum Gallicanam inviſum ſibi Arnulfum illo Epiſcopatu dejecerat. Qua de re indignatus Romanus Papa Joannes XV. ſummoto Gerberto Arnulfum revocavit. At Gerbertus factus poſtea Ravennenſis Archiepiſcopus ſummus exinde Pontifex factus ſub nomine Sylveſtri II. pag. 260. n. 1.

Germani.

Germanorum regnum, non tamen Imperium tenuere, mortuo pediculari morbo Arnulpho, cui Formoſus Papa coronam Imperii conceſſerat, ejus filius Ludovicus, quem Germani Principes Regem elegerant ex Caroli Magni ſtirpe: iſtoque vita functo, Conradus Franconiæ Dux alterius Proſapiæ. Poſt hunc Henricus Saxo, dictus *Anceps*, ex Vittichindi progenie ortus. Iſte vero Henricus Hunnos Germaniam populantes multis victoriis repreſſit. Huic ſucceſſit filius Otho Magnus Imperator a Joanne XII. Papa coronatus, innumeris victoriis per Germaniam, Galliam & Italiam illuſtris, p. 256. n. 13.

Gilimer.

Gilimer ultimus Vandalorum Rex a Beliſario victus & Conſtantinopoli in triumpho traductus identidem proclamabat: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* p. 168. n. 18.

Gnoſtici.

Gnoſtici portentoſarum libidinum profeſſores, p. 4.

Godofredus Bullionius.

Godofredus Bullionius poſtquam Petrus Eremita nobilis Gallus Chriſtianorum Palæſtinæ Legatos omnem Europam ad ſacrum bellum exhortando peragravit: atque Urbanus Papa II. in Concilio generali Claromonte in Alvernis quaſi claſſicum inclamavit, ipſe Godofredus Lotharingiæ Dux vendita pro expenſis belli toparchia Bulloniæ adjunctis ſibi heroicis Principibus Dux belli ſacri omnium conſenſione electus eſt. Ad hanc expeditionem collecta ſunt peditum ſexcenta millia, equitum centum millia. Primo conflictui cauſam dedit Alexii Comneni Græcorum Imperatoris perfidia & perennes fraudes inſidiæque. Trajecto in Aſiam per Boſphorum cruce ſignatorum exercitui occurrit Solimanus Turca Princeps Aſiæ, incredibilem ducens infidelium exercitum, cujus excidio & ſtrage patefactum a noſtris eſt iter ad Nicææ Bithiniæ Metropolis expugnationem, quam noſtris præſidiis & commeatu obfirmarunt. Placuit Chriſtianis ducibus, quo citius finiretur bellum, copias omnes in duos exercitus partiri, quorum uni præfectus eſt Boemundus Roberti celeberrimi illius Guiſcardi primogenitus filius cum Tancredo fratris filio. Godofredus alteram ducebat aciem. Conatus eſt Solimanus Chriſtianorum vires hac recenti diviſione debilitatas infringere. Itaque gravi impetu Beomundum adortus eſt. At Godofredus in Boemundi ſuppetias accurrit, qua junctione profligatur ingenti clade Sultanus Aſiæ Solimanus. Pari virtute & ſucceſſu ſubjugatæ ſunt Armenia & Cilicum ora. Inde in Syriam itum eſt, ejuſque caput Antiochia oppugnatur, multæque arces & oppida, quorum dominium & regnum bemerenti Boemundo ceſſit. Advenerat Turcis in auxilium Corbanos Perſa cum ducentis Perſarum millibus, neque a noſtris ſervari poterat Antiochia niſi per novam victoriam. In noſtrorum acie præferebatur lancea, qua ſauciatum fuerat ſacroſanctum Chriſti crucifixi pectus. Hujus aſpectu & veneratione mirifice animati Chriſtiani Perſas valido impetu aggrediuntur, ut cæſis in acie centum millibus reliqui effuſi in fugam fuerint, omniſque commeatus & ſarcinæ in noſtrorum prædam ceſſerint. Raimundus in Cæſareæ obſidione ſtrenue hæret, quæ demum expugnata eidem in præmium fortitudinis attributa eſt. Ipſe Godofredus Jeroſolymam ſanctam Civitatem omni ope defenſam adoritur, primuſque murum tranſcendit. Reliqui bellatores illum ſequuti vivido impetu in urbem irrumpunt & expugnant. Neque hic ſtetit dimicandi terminus. Ægypti Sultanus ingentem eduxerat exercitum, centena millia equitum habentem cum incredibili peditum multitudine. Sed Godofredus grandi fiducia & robore Chriſtianos ſuos ad viginti millia redactos in aciem reduxit omnino palmariam, in qua cecidere infidelium centum millia. Reliqui palantes & ſaucii fuga evaſerunt, p. 263. n. 25.

Gordianus.

Gordianus optimus Imperator a Philippo tyranno interficitur, p. 42. n. 10. c. 2.